UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

J ante P

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

inſiſtā via icertus ſum. Ci.li.j.offi. Jmprimiſq; eſt hoīs ꝓpria veri inqſitio atq; īueſtigatio. Sȝ qm̄ in quādoq; negatione innuit ſumit̄ ēt pro nō inuenio: vt eſt illud apoſtolicū. O altitudo diuitiarum ſapientię ⁊ ſcientię dei q̄ȝ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius ⁊ inueſtigabiles vię eius.

Inueſtire eſt quaſi ornare Ply.lib. xxxv. publicas porticus inueſtiuit pictura.

Inueteresco ex in ⁊ veteresco. veteresco āt a vetero as fit. vetero a vetus. vetero nō reperiri ſed tantū veteresco: quoꝝ ꝑterita nuſq̄ȝ legi: ſȝ veteraui ambo facere opȝ ſi īueniant̄. Naȝ vetero ⁊ veteresco eodē modo in ſignificatione ſua ꝓcedere puto quo integro ⁊ ītegraſco. Jn formatione v̄o etiā ſimiliter niſi ꝙ inueteresco mutat a in e ſicut Conſano ꝯſaneſco. Reſano reſaneſco. Hilaro hilareſco Jncuruo incurueſco. ⁊ alia huiuſmodi. Sic inuetero ⁊ inueteresco inueteraui. Lactan.lib.ij.in actiua ſignificatione poſuit. Hac verſutia ⁊ his artibus noticiā dei veri ac ſingularis apud oēs gentes inueterauerūt.ideſt in deſuetudinem poſuerūt.inueteresco paſſiue. Ter.in Ecy.prolo.dixit. Nouas qui exactas feci vt inueteſcerent ne cū poeta ſcriptura euaneſceret. Do.inueteresce rent in deſuetudinem venirent ſpectarentur amarētur. Col. ptō vſus.lib.vij.in paſſiua ſignificatione: ⁊ proprie de morbo dicens.ſed ſi iam inueterauit: vehementioribus eſt opus remedijs. Cicero quoq; in Cato.iam omnis conglutinatio recens ęgre inueterata facillime diuellitur.

Inueterati etiam dicuntur qui in malis inſenuerūt vt in ſacris litteris.inueterate dierum malorum.

Inuicem pe.cor. Ex in ⁊ vicem: proprie ſignificat mutuo. Quintilia. Qui ſe ardentiſſimo amore inuicem dilexerunt. Aliquādo ſumitur pro ſecūdo loco. Plynius.iunior. Habes res vrbanas.inuicem ruſticas ſcribe.

Inuideo es.pe.cor.ex in ⁊ video ſignificat īuidiā habeo: hoc eſt ex alicuius rebus ſcd̄is dolore afficior. Tractū a nimis vidēdo ꝙ oculos ⁊ animū in eos quibus inuidemus cōtinue intentos teneamus. vn̄ etiā cū accuſatiuo conſtructuȝ inuenit. Oui. Troades inuideo. Uir. Jnuidet imperiū. Jdē poſt accuſatiuū poſuit datiuum. Liber pampineas inuidet collibus vuas. Sic enī decenter dicim⁹ inuideo tibi doctrinas. Fortuna mihi īuidet diuitias. Ply. Neq; ego vt multi īuideo alijs bonū quo ipſe careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Ci.li.iij.tuſ. Ut nobis optimā naturā inuidiſſe videant̄. Priſci.tn̄ in negatiue exponit dicēs. Jnuideo tibi q̄ſi nō vidēs tibi ſi o hoc ē nō ferēs te bn̄ agentē videre. Aliquādo inuidere ſignificat interius vel penitus videre. Cice.lib.de ora. Jtaq; ne hoc poſſuȝ dicere me oīno ignorare q̄d poſſideat: neq; plane noſce atq; inuidiſſe. Hiero.de vera circūciſiōe. Quis inuidet dn̄i verbū de corde patris eructatū? Sciēdū ꝙ lȝ īuideo actiuū ſit: tn̄ conſuetudine datiuo iungitur: īmo vt Diomed. docet vltra datiuū pōt regere genitiuū accuſatiuū ⁊ ablatiuū vt inuideo tibi glorię gloriam ⁊ gloria. Eius paſſiuū eſt inuideor. vt Ego inuideo tibi: ⁊ tu inuideris a me. Hor. Cur ego acquirere pauca. Si poſſum inuideor. Plau.in Tru. Maluelum mihi inimicos inuidere q̄ȝ me inimicis meis. Nā inuidere alij bene eē: tibi male eē miſerū ē. Qui inuidēt egēt illi quibus inuidet̄ rem hn̄t. Et quando inuidere ponit̄ pro odiſſe ꝙ contra votū nimiū videmus. Oui. Troia iacet certe danais inuiſa puellis. Cice. Dijs hominibuſq; inuiſus.

Inuidia ab inuideo fit ⁊ ſig̃t actū ipſuȝ īuidēdi: qui ē dolor alienę felicitatis. Aliqn̄ pro odio ⁊ maliuolētia ſumit̄. Eſt enim vel dicto vel facto in alterū maliuolētię ꝯciliatio: vt ſi q̄s calamitates ſuas referat: oſtēdatue auctori calamitatū concitet odiū ceterorū: qd̄ d̄r inuidiā facere vel vocare vel adducere ad īuidiā. Quinti. Nec ei tot ſcelerū ꝯmemoratione cōcitarē inuidiā. Ter. Jta vt ſine īuidia laudē inuenias: ⁊ amicos pares. Jnuide inuidioſa res d̄r quę facti atrocitatē augēs inuiſuȝ illud vel illius auctorē faciet. Hui⁹ diminutiuū ē inuidiola. Jdē. Cū neſcio q̄d inter eos inuidiolę exortum fuiſſet.

Inuidentia eſt ęgritudo aī quę ꝑꝑ res ſecundas alterius ſuſcipitur: quę nullā iacturā afferant inuidenti. Cice.in tertia Tuſ. Ab inuidēdo īuidentia recte dici pōt: vt effugiamus ambiguū nomē īuidię. Cadit enī in vtrūq; ⁊ in euȝ q̄ inuidet ⁊ in eū cui inidet̄. Un̄ potētia ⁊ opes īuidioſe dicunt̄ qd̄ verbuȝ ductū eſt a nimis videndo fortunā alterius. Ubi inuidiam q̄ȝ inuidētiā dicere maluit tanq̄ȝ inuidētia inuidi ſit: inuidia eius cui inuidet̄. Sed in frequenti vſu eſt inuidia magis q̄ȝ inuidentia apud doctos indoctoſq; indiſcriminatim. Jnuidia diſtat ab odio ꝙ īuidemus fortunato: odimus vitioſum ꝙ inuidiā ꝓfiteri erubeſcimus odiſſe palā decorum eſt: ꝙ inuidia hoīum tantum eſt odium reliquarum tantuȝ animātium vt inquit Plutar.in lib.de inuidia ⁊ odio.

Inuidus qui actu alicui inuidet. Hor. Jnuidus alterius macreſcit rebus opimis.

Inuidioſus qui morbo inuidentię laborat. Oui. Tēpus edax rerum tuq; inuidioſa vetuſtas. Oia deſtruitis. Jnterdū ſumitur pro eo cui habet̄ inuidia. Jdē. Pactolonq; petit q̄ȝq̄ȝ nō aureus illi. Tēpore: nec charis erat inuidioſus harenis. Sic potentia opes inuidioſę dicunt̄. Cice. Dolobelle. Contingit enī tibi quod haud ſcio an nemini vt ſumma ſeueritas aīaduerſionis non mō inuidioſa ſed etiā popularis. Et inuidioſus odioſus atq; īuiſus d̄r. Un̄ īuidioſa res dicitur quę facti atrocitatē augens: inuiſum illud vel illius auctorem facit.

Inuide facere dicitur qui per inuidiam aliquid agit. inuidioſe vel qui per inuidiam: vel qui in aliquem excitat odium eum q; inuiſum facit.

Inuigilo as.pe.corre.ſupra: ſiue intus vigilo: ſollicitus ſuȝ. Lac. lib.iiij. Uel cuſtodiendis domibus inuigilat.

Inuito as.pe.pro.manifeſtā hȝ ſignificationem quē ponit Cice. Ad quē fruēdū nō mō non retrahit: verūetiā inuitat atq; allectat ſenectus.i.ꝓuocat. Et īuitare ē delectari. Uir.lib.j. Gę. Jnuitat genialis hyems: curaſq; reſoluit. Jtem replere. Plau.in am. Mira ſunt niſi inuitant ſeſe pluſculum.

Inuitatus us.inuitamētū: ⁊ inuitatio ꝓ eodē ſumunt̄. Cic. Cęſari. Mitto ad te Trebatiū atq; ita mitto ⁊ initio mea ſpōte poſt aūt īuitatu tuo mittēdū duxeriȝ. Jdē in Hortē. Uoluītates aūt nulla ad neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus.

Inuitus ta.um.qd̄ nō libēter fit. Ter.in An. Feci hodie vt et fierent īſpirāte atq; īuito. Pamphilo. Ci.li.ij.ad Herē. Sin eſt ꝓbus cur talē in vitā īuitū cogis relinquere. Jdē ꝯparatiuū poſuit cū ait. Quē ego paulo ſciebam vel īpudentius vel inuitus nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius.

Inunco as.q̄ſi vnco īuado ⁊ arripio. Lucil. Aut q̄ nūmos triſtis īuncat. Co.li.viij. Tū ēt quotidie minuit̄ lana q̄ quāto ꝓlixior in pecore cōcreſcit tanto magis obnoxiū eſt rubis quib⁹ velut hamis inuncata a paceſcentium tergoribus auellitur.

Inundo as.quandoq; abſolute ponitur ⁊ ſignificat creſco ⁊ extra alueum verſor. Ply. Antequā nilus īundaret. Qn̄q; actiue ⁊ pro ambulo ponitur.idem. Agros ⁊ ſata omnia inundauit. Hinc fit inundatio pro diluuio.

Inunguem ⁊ ad vnguem ſignificat ad perfectionem. Uirg.lib. ij. Gę. Nec ſecius omnis in vnguem. Arboribus poſitis ſecto via limite quadret Trāſlatio a lapicidis qui vngue marmoris leuitatem experiuntur.

Inuius a.um.quod eſt ſine via ⁊ per quod iri non poteſt.

J ante O

Ionia regio minoris aſię media inter Cariam ⁊ ęoliam a ionio athenienſium duce cognominata q̄ eā regioneȝ ſubegit. Uel ab iano iaphet filio vt ioſephus inquit. in ea Miletum ciuitas. Priennis Epheſus. ⁊ Clazomene.

Iordanis fluuius in iudęa eximie ſuauitatis. Oritur ad radices libani duobus fontibus ſurgit: alteri nomen ior: alteri dan: q̄ ſimul iuncti iordanis nomen efficiunt.

J ante P

Ipſe a.um.ꝓnomē demonſtratiuū qn̄ ſcilicet cū alijs pronominibus iunctū eoꝝ accipit ſignificationem vt ego ipſe: tu ipſe. ille ipſe.inueniunt̄ tn̄ ſępe abſq; alijs per eclypſim prolatum ⁊ tn̄ eorū habens ſignificationem: quę cuȝ eo ſubaudiuntur.

Uir. Queq3 ipſe miſerrima vidi. Aliq̄n relatiuū ē. idē. Ipſe arduus altaq3 pulſat. Sydera. Aliq̄n emphaſim. i. expreſſionem alicuius rei latentis h3: vt ſi dicam. ipſe pater de quo minus credēdū eēt q̄ hoc fecit. Qd̄ ſi ei addat̄ particula met vt ipſemet diſcretio ſignat̄. Hoc ē ipſe ſolus ꝛ nō cū alijs: vel ipſe per ſe ꝛ nō ꝑ alios. Aliq̄n ſignificat ſimilē: vn̄ ꝛ ꝯparatiuū h3 ipſioꝛ. ꝛ ſuperlatiuum ipſiſſimus: ideſt ſimilioꝛ ſimillimus Apud veteres ipſus pro ipſe dicebat̄. Terē. ipſus eſt.

Ipſippe. ideſt ipſi neq3 alij.

Ips vermiculus eſt: q̄ coꝛnua viteſq3 ꝓdit: vt cis frumenta: tripis ligna: ſis veſtes: is vitra: midas fabam. Declinatio autē huius noīs nō facilis eſt vnde docet ſic Suidas. ἰψοσκωληξκαι λινέταἰ ιϖοςκαἰ το ϖληθυντι κομιψι

Ipſulces bractee dicebant̄ in muliebrē virilēue ſpeciē expreſſe

It neutri generis ꝛ indeclinabile pꝛopꝛie manus concauitas: licet quandoq3 pro ipſa manu ponatur.

I ante R

Ira dicta eſt ab eo ꝙ eſt ire. Nā a ſe it q̄ iraſcit̄ ꝛ furit. Unde et qui iram deponit ad ſe redire dicitur. Terē. in Adel. Tandē reprime iracundiam ꝛ ad te redi. Eſt autem ira lidido puniendi eius a quo iniuria offenſi ſumus.

Iratus dicitur qui ex aliq̄ re laceſſitus excanduit etiam ſi natura non ſit iracundus. irate aduerbium ſignificat per iram.

Iracūdus q̄ ex parua vel nulla cā̄ q̄q3 natura ad irā ꝓclinis ē ēt ſi tūc nulla moueat̄ ira. Hīc iracūdia dicta auctoꝛe. Feſto ꝙ ira īcendat. Dona. ira de cā̄ eſt: iracundia de vitio multū iraſcentis. Sene. lib. de ira. ira quo diſtet ab iracundia apparet quo ebꝛius ab ebꝛioſo: ꝛ timēs a timido. irat⁹ pōt eſſe nō iracundus. iracundus pōt aliquando non iratus eſſe. Uſurpatiue tamen iracundia ponit̄ pꝛo ira. Ci. li. iij. tuſ. iracundia eſt vlciſcendi libido.

Iraſcoꝛ iraſceris iratus conſtruit̄ cū datiuo. Plau. noli amabo amphitrio iraſci ſoſie cā̄ mea. Huius compoſita ſunt. Sub iraſcoꝛ quod eſt paulū iraſcoꝛ. Obiraſcoꝛ ꝯtra iraſcoꝛ. Liu. lib. j. Foꝛtune vt ſit obirati cultum reliquerant deum.

Ire pedibus in ſn̄iam quid ſignificet. Uide ſupꝛa in eo is.

Irenarches ſiue irenarcha dicitur qui ad tollendas diſcoꝛdias ꝛ pacandos ciuiū animo in ciuitate pꝛeficitur. Apud iuriſcōſultos tn̄ dꝛ: qui diſcipline publice ꝛ coꝛrigendis moꝛibus pꝛeficitur Greci enī εἰ ρήνημ pacem vocant αρχων.

Iris is. vel iridis arcus celeſtis ab εἰ ρειν qd̄ ē nunciare. Nam poete deoꝝ nunciā fingūt. Uirg. Irim de celo miſit ſaturnia iuno. Huius arcus cauſa ē radius ſolis caue nubi immiſſus: q̄ repulſa acie in ſolē refringit̄. Nubes enī foꝛmā arcus diſcoloris efficiunt: qꝛ alie partes eaꝝ tumidioꝛes ſunt: alie ſūmiſſioꝛes: ꝛ quedā craſſioꝛes q̄3 vt ſolē trāſmittāt: alie ībecilliores q̄3 vt excludant. Hec inequalitas alteri⁹ lucē vmbrāq3 cōmiſcet ꝛ expꝛimit illā mirabilem arcus veritatē. Eſt ꝛ iris herba ſuauiſſimi odoꝛis: vt Ply. li. xxj. teſtis ē: cuius radicē dixit in vnguētis ꝛ medicinis cōmēdari. Caulem habet cubitalem ꝛ rectum: radicē raphano ſimilem que ſternutamenta mouet. Floꝛet aduerſoꝛū coloꝛum ſpecie quaſi arcus celeſtis a quo nomen habet vulgo lilium ceruleum.

Ironia cū accētu ī pe. dici poteſt ſimulatio vel illuſio εἰρωνεια ab εἰρω dico ꝛ inde εἰρωνευομαι ī voce paſſiui qd̄ ē cauilloꝛ. Figura cū aliq̄d per cōtrarium dicitur ꝛ illuſionem.

Iretio is. a rete ſit ꝛ ſignificat retineo rete quaſi capio. Unde irretitus dꝛ qui aliqua fraude vel blandicijs aut dolo quaſi rete captus. Lac. li. iij. Eos aūt qui deum ſciunt dolis ꝛ aſtu aggreditur vt cupiditate aut libidine irretiat aut peccatis blandientis depꝛauatos impellat ad moꝛtem.

Irraucio. is. irrauſi. ſum. ex in ꝛ raucio qd̄ a raucus deſcendit ꝛ ſignificat raucus ſio. Dicit̄ ꝛ irraceo. es. irracui. Cice. lib. de oꝛa. At eſopum ſi paulum irracuerit explodi.

Irrices. pe. coꝛ. genus raſtroꝛum ferreoꝛū ſeu regule cū plurib⁹ dentibus quos item vt plauſtra boues trahūt vt vruant glebas ꝛ extirpent herbas in agris.

Irrepo. is. pe. ꝓ. pſi. ptum. ſignificat paſſim ꝛ latenter moꝛre ptilium intro eo. Cuius frequentatiuum eſt irrepto. Hoꝛ. verum opere in longo fas eſt irrepere ſomnum.

Irripio. is. pe. coꝛ. Intus rapio. Cice. Irripiunt in edes ſubito.

Irrigo. as. pe. coꝛ. ex in ꝛ rigo. ſignificat quaſi riuos in agrū deduco. Rigo autem a riguus.

Irriguus a. um. qd̄ irrigat̄: vel facile irrigari pōt Cato. Uinea ē pꝛima vel ſi vino multo ē. Secūdo loco hoꝛtus irriguus. Accipit̄ ꝛ qn̄q3 ī ſignificatiōe actiua vt aq̄ irrigua que irrigat. vir. Irriguūq3 bibāt violaria fōtē. Tibul. Tūc bibit irriguas fertilis hoꝛt⁹ aq̄s Ambꝛ. ſubſtātiuo vſus ē. Magna ē elemoſyna q̄ ardētiū criminū globos beniuole ſue fōte refrigerat ꝛ quodā irriguo largitatis obꝛuit īcēdia delictoꝝ. Et li. Hexa. Qd̄ ſi irriguis aquaꝝ plerūq3 ꝛ ſegetes letioꝛes ſunt.

Irrito. as. pe. coꝛ. ꝯponit̄ ex in ꝛ rato. as. quo veteres vtebant̄ pꝛo ratū facio appꝛobo ꝛ ſig̃t nō ratū eē volo vel oſtēdo vel facio ꝛ irritū īpꝛobatū nō ratū: ꝛ ꝑ trāſlatōe3 ī nihilū redactū Uir. Irrita perpetua ſoluet foꝛmidine terras. Terē. in phoꝛ. Quod dictū indictum ē. quod erat ratū id irritum eſt

Irrito. as. pe. ꝓ. ſig̃t ꝓuoco. irāq3 īcēdo. Frequētatiuū ab irruo ꝑ mutationē. u. in. i. euphonie cā̄. Tactū a canib⁹: q̄ cū ꝓuocātur irruūt: vel vt Do. ait q̄ reſtrictis dētib⁹ hāc litterā. r. imitant̄. Uir. li. x. Irritatq3 virū telis ꝛ voce laceſſit. Oui. lib. ij. faſ. Tū ſicco ꝓmas irritat coꝛtice flāmas. i. ſuſcitat. Plau. in am. Irritabis crabrones. Eſt ꝛ ꝓrito as. pe. ꝓ. Nā ſicut irrito ꝓ laſceſſo ab irruo ē. ita ꝓrito a ꝓruo. Nec mlt̄ū ī ſignificatiōe differūt. Nā ꝓrito idē ē qd̄ ꝓuoco. Col. li. ij. Lini ſemen niſi magnus eſt ei⁹ in ea regiōe quā colis pꝛouentus et ꝓtiū ꝓritat ſerēdū nō ē Agris enī ꝓcipue noxiū ē. Hic ī bonā ꝑtē ſumit̄. Irrito v̄o magis freq̄ntatū ē q̄3 pꝛoꝛito. Et ferme ſemꝑ acris maleq3 vehemētie. Pꝛoꝛito nō ſic ſ3 in bonā ꝛ in malam partē vti ꝓuoco capi poſſet Irrito ſemper in malā.

Irrigo. as. pe. coꝛ. infero infligo. Plau. in cap. Qui cōciliū iniere quo nos victu ꝛ vita ꝓhibebāt his diē dicā irrogabo multā vt mihi cenas decē meo arbitratu dent cum cara annona ſit Aug. li. iiij. ci. dei. Nā iuſtus q̄cq̄d maloꝛū ab iniquis domi nis irrogat̄ non eſt pena criminis: ſed virtutis examen.

Irruo cū īpetu feroꝛ. Sal. Cū foꝛte in eū irruerēt facile repulſi. Do. Irruere ꝓpꝛie dicūt̄ q̄ cū furoꝛe ꝑliū ineūt. Qn̄q3 ratione ꝑpoſitionis ī. ſig̃t introꝛuo īmitto īgero. Aug. vidiſtis mulierem in ciuitate famoſā non inuitatam irruiſſe cōuiuio.

Irrugio. is. valde rugio. Hiero. in gen̄. Auditis eſau ſermonibus patris irrugijt clamoꝛe.

Irrūpo violēter ꝛ cū impetu īgredioꝛ. Ply. li. xxxv. L. hoſtilius mancinus q̄ pꝛimus carthaginē irruperat. Lac. li. ij. Nā cū ab alexandro capta ciuitas eēt ac milites ad eam ſpoliandā irrupiſſent. Et ferme ſemper ī hac ſignificatione hoc verbo auctoꝛes. Lactā. ꝓpꝛie ſumpſit li. vj. pꝛo penitus frango. Sūmū inter ſe hominū vinculum eſt humanitas quod qui irruperit nefarius ꝛ parricida exiſtimandus eſt.

Irrumo. as. pe. coꝛ. a ruma māma. vide in dictione fello. as.

I ante S

Is. ea. id. eandē ſignificationem h3 quam hic ꝛ eundem locum retinet vt qui diuitias cupit. is vel hic vel ille: vel idem auarus eſt. Ab is ſit iſce ſicut ab hic hicce.

Is vꝛbs a babylone itinere dierum octo diſtās: apud quam eſt is fluuius quo bitumen totius babylonis ſūminiſtrabatur.

Iſeus cū e diph. nomē rhetoꝛis pariter ꝛ ꝓhi quē philoſtratus in vitis ſophiſtarū aſſyriū tradit. Cuius hoc fuit inuentum: oēm materiam in bꝛeue conijcere. Eſt ꝛ nomen fluminis.

Iſagoge pe. ꝓ. latine introductio dꝛ ex εις qd̄ in indicat. ꝛ αγω duco. vnde αγογη ductio. Iſagogicon introductoriū. Grāmato iſagogus litterarum introductoꝛ vel inductoꝛ: ꝙ eas ī ducat. i. ītroducat quodam modo in coꝛda diſcentium.

Iſapis. pe. ꝓ. fluuius ꝓpinquus Ceſenne: vt Stra. lib. v. ſcribit

Iſara. pe. coꝛ. fluuius rhodano ſe iungēs. vbi cemen⁹ mōs rhodono applicat̄ vſq3 huc ad druētiā effert̄ ī adriaticum ſinū

Iſaurū ciuitas pāphilie a qua iſauricus Seruilius roman⁹ dictus eſt qui iſaurum cepit. Oui. africa victoꝛem de ſe vocat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN